

**3151** [M]árti Cyprió<sup>1</sup> | [L. I]volénus Apulus signum | marmoreum ex voto posuit et | aedem vetustate con[lapsam] | refecit, adiecto pronáo et co[lumnis]. . . .

*Prope Iguvium rep., tabula marmorea, nuper Iguvio Florentiam translata (XI 5805 vidit Bormann). Una rep. est basis parva inscripta L. Iavolenus Apulus | votum solvit l. m. (XI 5806). — 1) Vocabulum fortasse linguae Umbrorum, significans bonum, cf. titulum Umbrum prope Iguvium rep. 'Cubrar mater' cet. (Fabretti C. Inscr. Ital. suppl. I p. 14); et ait Varro de l. L. 3, 459 apud Sabinos ciprum bonum esse. Deam Cupram habes supra N. 345.*

**3152** Marti | Gradivo | d. d. | L. Plutius Pius | aedilis, monitor<sup>1</sup>, | augur, praef. sacror.

*Apud Montem Portium in agro Tusculano, iam Romae in museo Vaticano (XIV 2580 vidit Hensen). — 1) Tusculi fuit aedilis lustralis et monitor sacrorum, cf. supra N. 902 not. 3.*

**3153** Marti Gradiv. | T. Árius Celadus | sacrum restituit.

*Aquileiae rep. a. 1873 (V 8256 descr. Majonica).*

**3154** Mar[ti] Gra[d]ivo sacr[um] coh. | I sagitt. ∞<sup>1</sup> | Gordiana.

*Turn-Severin, ubi fuit Drobeta Daciae (III 6279). — 1) Cohors prima sagittariorum miliaria.*

*Gradivo patri dedicatus est titulus supra N. 2599.*

**3155** Marti militari | coh. I Baetasio[rum] c. R., | cui praeest U[l]pius Titianu[s] praef., v. s. l. l. m.

*Maryport in Anglia rep. (VII 591 dedit Bruce). Plane similis est titulus VII 590 eodem loco eidem deo ab eadem cohorte positus, praefecto Attio Tutore (cf. supra N. 2754). Ad templum Martis militaris spectare videtur t. Coloniensis Brambach 467 (= Orell. 1336 sed cum supplementis noviciis).*

**3156** deo Marti arm.<sup>1</sup> | Iulius Emeri[tus] mil. leg. VIII | Aug. Severianae | [Al]ex[a]n[dr]ian[ae]<sup>2</sup>, | exactus cos.<sup>3</sup> | Dedicata a.<sup>4</sup> | XIII k. Maias | Maximo et | Aeliano cos.<sup>5</sup> | V. s. l. l. m.

*Moguntiaci (Brambach 996 qui vidit ectypum). — 1) De Marte armato vel armigero cogitaverunt, fortasse recte. — 2) Vocabulum erasum. — 3) Cf. N. 2586 not. 1. — 4) a. [d.] (Br.). — 5) A. 223.*

**3157** Marti | Aug. | et dis cam[pe]stribus | L. Aure[l. Ma]xim[us] . . .

*Lambaesi (VIII 2635 vidit Wilmanns). Marti campestri dedicatus est titulus supra N. 2446, deo Marti militiae potenti N. 2296.*

**3158** Marti | ultori.

*Nesce in Aequiculis (IX 4408 vidit Dressel).*

**3159** Marti patr. | conservat[ori] et bonae | Victoriae | L. Ael. Ru-  
fin[us] pro se et | suos (sic) | v. l. p.

*In Dacia, Apuli ut videtur, rep., est Vindobonae (III 1600 vidit Mommsen).*